hac tamen lege ſcilicet: q̄ pars dimidia cum uno octauo Stāni, ſeu Æris arſi: ſumatur loco Zelami'næ cōtra tres partes, & tres quartos (ut ſupra dictum eſt) Æris.

Argentum maceratum.

Sumatur Arg. in tenues bracteas tuſum: & in Olla non uitreata cū ana Sulfuris tuſi in Fornace ardeat per dies. 15. per ternos, ſuperaddendo de nouo Sulfure. Deinde cum partibus. 6. Arg. uiui (aliquantulum ſimul calefacti) macereturdiutina triturationein Porfido. Abluatur aqua: & bene deſiccatum ſeruetur in nitidiſſimo Vaſe uitreo, ſeu uitreato. .F.

Aurum maceratum.

Bracteæ Auri fului ad tenuitatem ductæ fortiter ignitæ cū partibus ſex Arg. uiui: macerentur una'. Lota demū macera cum aqua, & bene deſiccata ſeruetur ad uſum: ſicut dictum eſt ſupra de Argento.

Bullimentum pro Argento.

Sumātur de Aqua cęleſti. lib. 10. de Tartaro albo tuſo. lib. 1. cum tribus unciis.

Et opera ipſa argẽtea nigrificata ad ignem, in Vaſe æneo poſita, omnia ſimul bulliant: quoad niuis inſtar albeſcãt. Tunc extracta bruſtientur ad aquã frigidam, limpidãq;. Tandem Tripolo eburnita ſeruentur.

Bullimentum pro Auro.

De Lotio hominis. lib. 10. ſumantur.
Sulfuris unciarum quinque.
Tartari. 10.
Miſceant omnia tuſa in Vaſe æneo. Et in hoc opera aurea (igne primũ calefacta) impoſita bulliant: donec crocea reddantur ut Auripigmentum. Reliqua ad præmiſſum ordinem de Argento omnia rite ſeruentur.

Notandum Notandum eſt autem: q; pars una Floris æris cum ana Calcantis romani: & partibus duabus Nitri cum ana Salis armoniaci bullita omnia ſimul cũ dicto Lotio (ut dictũ eſt) colorem Auri uiuaciſſimum dant Auro: ultra Charattos. 18.

Notandum Idem eſt iudicium redactis in bitumen prædictis ſimplicibus (cum acerrimo Aceto) Flore æris. ſ. Calcante romano: Nitro: & Sale armoniaco: per modum recoctionis.

Calx

Calx Argenti.

Procedatur ut dictum eſt ſupra. F. Sumat Arg. in tenues bracteas tuſum: & cætera.

Calx Ferri: & omnium aliorum metallorum durorum.

Bracteis, ſeu laminis cuiuſcunq; metalli duri in fornacula cæmentationis per dies. 22. ardētibus: cum duabus partibus Calcantis romani: & tribus Sulfuris triti (uel ſine alia miſtura) fit Calx metallica impalpabilis.

Ceruſſa: Minium: & Zalolinum.

Laminæ Plumbi nigri mollis in terreo Vaſe in terma, fundo ad quatuor tm̄ digitos uitreato cum multo acerrimo Aceto: ita ſuſpendantur ut continue per duos & uiginti dies Aceti uapore tangātur. Quo corrupta tandem Plūbi nigri eſſentia, & in puluerem album redacta, Ceruſſa nuncupatur. Hæc autem Ceruſſa: ſiue reſidentia Plumbi nigri (ut ſupra) uſti, tenuiſſime (cum aqua) triti: poſitaq; in Capellis terreis ſparſis, ac longis ad cubitum: non lutatis quidem: uerūtamen opertis in Furno: ita locatis, ut ignis tantummodo fundum eorum aſcendens percutiat, ſed non per reuerberationem: uratur per horas. 48. Inte-

rim autem ſæpius Ferreo inſtrumento agitata reſidentia quo aduſque in rubeum tranſmutetur colorem: tunc pariter mutato nomine non Ceruſſa, ſed Minium appellatur. Hoc rurſus trituratum (cum albo Aceto) & ad umbram deſiccatum, in citrinum uertitur colorem, quod eſt Zalolinum.

Cinnabaris conſtructio.

Argenti uiui pars. 1.
Sulfuris (igne lẽto carbonũ liquefacti) pars una & ſemis.
Miſceant in Vaſe æneo patulo Ferreo inſtrumento haud quaq̃ ligneo. Durata autem frigore hæc miſtura, & pinſita, reponatur in Vas uitreum idoneum optime lutatũ: locatumq; in Furno ſublimationis: fundo detecto, ac loco aeri peruio p horas. 14. remiſſo igni: mundando oleoſitatem Ferro quoad tranſierit per collum Vaſis. Deinde per tantundem temporis igne intenſo Vaſe laminis ferreis operto fixetur. Vbi tãdem Vas refrigeratum fuerit, rumpatur: ſeruato Cinnabari.

Conſolidatiuum Cinericii.

Argilla deuſta, & tenuiter tuſa pars una capiatur ad mẽſuram. Cineres lixiuio demiſſi, & mortificati, deſiccati q̃ partes

partes duæ. Deide simul ambo cribrata: pariter seruent̃.

Cupella, & Fornax eiusdem.

Sumatur pulueris Argillæ crudæ pars una ad mensuram. Spodii ossium, siue cornuum castrati deustorum subtiliter tusorum partes quatuor cum dimidia.

Diligenter cribrata seruentur: & cum aqua humectata in Verra metallica totum pariter excusum impromptent̃.

Notandum est autem: ꝙ qui format Cupellam ex Spodio solo non bene sentit omnino pro mercatore circa Arg. & Aurum extrahendũ. Aduertant igitur pro maiori, tutiori'q; redundatione metalli: & ad minorem eius defectum arcanum hoc Affinatores metallorum: Aurifices: & Cudimi'æ mercatores. Ad quorum noticiam simul hic tradimus Fornacem cupellationis. Notandum

Emũdo ſub tiliata.



Flos Æris.

Corporentur in lib.640. Terræ uiridis ſolutæ in lib.240. Aceti acerrimi: cum lib.26. unciisq; 8. Armoniaci: lib. 160. Æris ſoluti in lib.320. Aquæ diuiſionis.

Omnia autem probé miſta, poſitáq; in Ollis groſſis ſparſis non uitreatis ſuperaddēdo ſtringātur. Deinde in ſaculis de corio optime denſis ſeruentur.

Metallina.

De infraſcriptorum ſimplicium pulueribus: uidelicet Realgalli: uel Auripigmenti: ſiue Arſenici: Calcis albæ uiuæ recentis: Tartari albi ana ad pondus ſumatur. Albuminis autem oui gallinæ pars media plus: cum quo pulueres ipſi per ſetatiū optime coopertum prius ſimul commiſti incorporentur. Bitumé autem huiuſmodi deinde idonea in Botia detecta impoſitum per horas.12. igne aſcēſorio ſublimetur. Vaſis tamen fundum ad mediium uſq; luto ex lana, ſeu tomento, & argilla partibus duabus. ſ. argillæ, & una tomenti confecto ſit oblinitum: & oſpaſiter bombice, uel ſtupa obturatum, Metallinam tandem reperies collo Vaſis argenteo colore adhærentem. Lutum tomenti.

Oleum omnium metallorum.

Videatur(ut ſupra:H.) Aqua ad diuidendū: circa finem.

Purpurina argentea,& aurea.

Miſtura Arg.uiui:Marcheſitæ,uel Stanni:Arſenici:& Salis armoniaci ana:poſita in Botia uitri: ſi decoquat̃ per horas.321.ad ignem,colorabitur argenteo colore. Verū ſi loco Arſenici ſumatur Sulfur citrinum in pane nitido, aureo colore tingetur:& tunc dicetur aurea Purpurina.

Aduertendum eſt Nota.

Refinatio Chryſocollæ.

Refiltratæ in libris ducentis ſeptuaginta Aquæ cæleſtis: libræ nonaginta Paſtæ(ſeu Lapis)Chryſocollæ: cum libris decem Aluminis:& Aluminis fecis libris octo cum quatuor unciis uniuſmet ponderis:in Vaſe æneo p lentam, continuamq; ignis exhalationem tm̃ liquentur ut aqua.Deinde per optimam opertura m pannorū laneorum ne ſpiret:neue ullatenus ſpirare poſſit:Vas refrigeratum per dies tres ſtabili in loco locetur. Reuulſus autē Borax in ſpōdilibus uaſis agglutinatus (habita primum per īclinationem optima aquæ euacuatione) ablutusq; frigida:& bene deſiccatus ad Solē:nitidus, unctus Oleo lini crudo

lini crudo, ponderatusq; in Vase nitido seruetur.

Solidatura tertia pro Arg. & Auro.

Partes tres Argenti pro Argento: uel Auri pro Auro. Et pars una Æris arsi pro Argẽto: uel Argẽti p Auro sumptæ (facta nihilominus mistione primum optima in Fusorio ad ignem fusionis) seruentur laminæ.

Specula metallica frangibilia.

Mistis per refusionem Manicæ partibus tribus Æris: & pars una Stanni tantum: proiiciantur laminæ ad planã, & pontellum in Petra columbina altera alteri imminente. Misto nihilominus primum ad ignem uenti fuso. Deinde laminæ ad mensuram æquẽtur a' superfluis cũ gladio: & planentur Smerillo medio, ac tenui ad siccum per longum, ac transuersum: primo super lignaculis ex tabula huiusmodi agglutinatis cum Gypso crudo, & aqua super tabulam. Postea lustrent' super panno lineo rudi: uel corio a' parte domestica: Sponthi'a: uel Tripolo: & Cerussa: aut Calce stãni: aspersæ tamen prius Oleo. Deinde palmis manuum siccatis tersæ, nitidatæ, & capsatæ seruentur. .I.

Specula non frangibilia.

Specula infrangibilia cuiuſuis dimenſionis ob malleatio-
nem in reliquo (ut proxime ſupradictum eſt: I.) rite fiāt:
præter q̄ ſubiecta eſſentia, quæ tantum conſtat de ſolo
Arg. cupellato.

Spodium de Oſſibus.

Oſſa tibiaꝝ boum deuſta ad ignē continuum in Forna-
cula cæmētatiōis per horas. 2. Spodiū uocat̄ de Oſſibus.

Sublimatum.

Sumptis de Nitro mollito lib. 50.
De Sale.
De Alumine: ſeu
Vitriolo uſto. | mollitis.
Et de Arg. uiuo ana lib. 100.
Omnibus ſimul iunctis, Arg. uiuo tamē prius in Aqua ad
diuidendum quantum ſufficiat in Vaſe ligneo mortifi-
cato, Miſtura huiuſmodi in Vaſe uitreo (cū Alembich)
aperto per horas. 24. ad lentum ignem lignorum per Ci-
neres ſublimetur, ſeruetu rq; diligenter.

Notandum Notandum nihilominus non poni de miſto pro quolibet

Vaſe

Vaſe pluſq̃ lib.87. Inſuper Aquæ ultimo ſtillatæ ualent ad alias quoq; mortificationes: ideo ſeruentur. Notandum

Terra ad deargentandum metallum, & inaurandum.

Solutum igne Argentum de cupella. ℔.1. in unciam unam Aquæ diuiſionis, iungatur cum puluere Salis, & Tartari albi ana unciarum ſex.
Sicq; in Vaſe uitreato cum Spatula lignea (non autem metallica) miſta ſeruetur Terra calore denſata.
Notandum eſt etiam talem ordinem penitus ſeruandum eſſe in cõficienda Terra pro inaurãdo: quæ ab Aqua diuiſionis, & Argẽto ſecluſa madefiat Oleo auri. ℔.1. (Auri. ſ. ſoluti) pro qualibet libra prædictoꝝ puluerum. Notandum

Tuciæ conſtructio.

Sumantur de Antimonio lib.96.
De Calce ſilicis lib.48. De Alumine catino lib.24. De Ære arſo lib.1. cum unciis quatuor. De Plumbo: & Stãno ſimul calcinatis lib.8. uidelicet pro una qualibet parte Plumbi, duæ partes Stanni. .K.
Hæc omnia ſimul corporentur cum aqua: triturenturq; in Pila figuli. Miſtura deinde hinc exempta, & in plano furfuribus ſtrato adinſtar placẽtæ deſiccata in igne car-

bonum per horam coquatur: postea pinsetur: trituretur: ac taminetur. De puluere autem eius tenuiori fiat bitumen cum Albumine ouorum: & idem Cănis ferri inuolutum, & insperſum grossiori puluere eiusdem, atq; sic in umbra siccatum per ignem reuerberationis recoquatur iterum per horam.

Notandum Vbi autem nimium nigresceret: Cannæ ut supra bitumi-natæ candétes sæpius extinguant in aqua Calcis Plumbi & Stanni: ut supra dictum est. K.

Singularia præmissa cur posita sint. Caput decimum.

SIngularia hæc (nempe) Aqua diuisionis: Refinatio chrysocollæ: Æs arsum: ustum: & reliqua particularia supradicta nō sit qui arbitretur temere posita: tanq̃ a principali negocio aliena: uel ut omnino superflua. Nō enim frustra, immo necessaria ceu per gradus quosdam ad perfectionē huius Magisterii purificationis Auri (scilicet) qđ præcipue intendimus (ut cuiq; in his oculato palám est) posita sūt. Nã sicut arbor ex floribus feracem, uberemq; fructuum messem indicat: & ubi non affuerit ignis usq̃ fumus exhalat: sic huiusmodi exercitamenta cũ insignia sint: ac certitudo efficaciæ & ueritatis præmissorũ: tum

scopus

ſcopus quo huius artis pſeudoprofeſſores (Alchi'miſtæ uulgo dicti) impingentes fracti protinus, & cõfuſi reuelent: patefacta'q; eorũ fraude, & falſitate de medio ſublata, Simplices tuti, & cautiores reddantur.

PORTIO SECVNDA.

Præfatio Portionis ſecundæ. Caput primum.

RVdis hæc, impolita'q; noſtra iueſtigatio cõſulto ſatius præterenda a'nobis fuiſſet, lector cãdidiſſime, q̃ ut ſublimis huiuſmodi ars, atq; ſpectãda ſuæ genitricis Naturæ æmula (præcipue contra ipſiuſmet ſcientiæ authorum decreta uulgationem prohibentia: ubi dicitur nefas eſſe arcana reuelare indignis) quodam uel tenui ſuſurro mortalibus patefieret. Cum tamẽ nobis perſuaſiſſemus omnipotentis Naturæ uim ſupremo Numine ſapiẽtiæ filii inſpiratam (tametſi pleroſq; mortaliũ lateat) ex Dei munere cognouiſſe: nefas, & ab humano officio eandem in tenebris perpetuo clauſam tenere, prorſus alienũ duximus: præſertim cum nihil præſtantius, nihil in humanis utilius reperiri poſſit, uel excogitari: ſi modo Sophis longe ſupra hæc caduca & fluxa eleuatis, fuerit reuelata.

Ray. in ap. c. 2. Ars igit'

Cæterũ quo res ipſa obſcurior, ac difficilior cognitu hactenus haberi ſolet: eo lucidiorẽ omnibus, planioremq; efficiemus. Nam q̃ Schema ſub ænygmate poſitum ſit: id fuit in cauſa: ne Detractores Alchimiſtæ, Indigni, Ingratiq; : facilem ſeſe habere ad hæc myſteria aditum arbitrentur. Initiatis uero totam huius artis rationem compendioſe, & accurate explicantes aperiemus: in Portione diuiſioĩs, in Speculo nr̃o: quod iã mente cõceptum orſi indies lucubramus. Vt ipſum intuentes lucis ſplendore ſuperuenientis illuſtrentur: & deuii ab huius lucis iubare in ſemitã rectam dirigant̃: & hac potiti gratia munere gaudeant ueritatis tali ſub Schemate.

Aperio libr
& ſeptem ſi
gnacula.



Schematis Voarchadimici expositio. Caput secundum.

Ray. in codi. c. 4. Cum igitur.

VIsionem aceeptam á Domino æterno omnipotẽti palám fieri (indignis) non debere in arcanis arcanorum legitur: propterea quod omnino metuẽdus sit Dominus. Lr̃as tamẽ. A. V. E. (ut in præmissis) dicimus esse Mistionem un iusmet põderis Olei uitri, Materiæ q; primæ artis, Aeris, & Ignis, Lucis maioris & minoris, ac Argenti uiui septies mũdati per sublimationem cum arena alba, insimulq; rubificatã. C. uero primũ motũ. i. Occisionẽ: Corruptionem: Calcinationem: uel Putrefactionem. G. secundus motus est: & est Generatio. H. uero tertius motus: uidelicet Augmentatio. D. dicitur Fixatio: Diminutio: Disiunctio: uel Separatio: & est quartus motus. F. & .B. sunt elementa alterãtia cum loci Mutatione, quæ dicuntur Ignis mutatio: Pauimenti operatio: Terminatio q; rubificationis; & est quintus motus.

Synonyma

Synonyma

Theorica,

Theorica, ac Practica Voarchadu'micæ artis, & eius ſchemata in multiplicatione tincturæ. Caput tertium.

TErminatio Recipientium eſt mutatio naturarum receptorum per ineffabilẽ Miſtionẽ calidi(.i. Ignis: quod eſt Aurum fuluum, cum Frigido. i. Arg. uiuo non uulgari: quod eſt Arg. uiuum per ignem & arenam albam ſepties mundatum, ut dictum eſt ab Arg. uiuo: humidi. i. Aer: quod eſt Arg. purum, cum Auro fuluo, Argento'q; uiuo ut ſupra, inſimul rubificatis, cum Sicco. i. Oleo uitri) diſpoſitione perpetua. Hæc perpetua diſpoſitio: eſt Materia metallorum: Materia'q; prima artis(.i. Vitrum inanihilabile: quod eſt Oleum dictum: medium retinentem Arg. uiui, Aurum albificantem) ut ait Maria. Et iſta Aqua grauis eſt, quæ mercurialis dicitur: ut omnes aſſerunt. Et Arg. uiuum ſapientum(.i. Argentum uiuum, ut dictum eſt, mundatum ab Argento uiuo) de quo dicit Hermes: Cuſtodite hoc Argentum uiuum coagulatũ(.i. mundatum) qđ eſt in intimis thalamis: in quibus coagulatũ eſt. Ipſum enim eſt Azoch: & eſt ſecretũ Sco'liæ: & dicitur Terra reſidua. Qui igitur uerba audit, ipſe inquirat. Sed teſtamur per illum qui male perpetrantẽ iuſtificat: & nullum recte agẽtem cõdemnat: nos iam detexiſſe quicquid ante cælaui-

Mecu'balim.

nius in hac ſapientia: & maximum arcanum ſcientiam: & intellectū habentibus patefeciſſe. Q ui uult ergo proficere in hac ſapientia: oportet eum iſtam admirabilem Electionem (mundationem: miſtionem: trituratione: & calcinationem: Argenti: Auri: Argenti q̄ uiui: & Olei uitri) ſeu arcanum maximum cōponere: & poſtea ipſum mutare de Natura in Naturam: Luca ſic dicēte in Turba: Pluribus rebus non indigetis: ſed una tm̄. Et iſta res una: in unoquoq; gradu operum noſtrorum in aliam cōuertitur Naturam. Idem teſtatur & Ge'ber cū dicit: Ars talis non conſiſtit in pluralitate rerum. Eſt enim Materia una (.i. metallorum) in qua magiſterium noſtrum cōſiſtit: cui non addimus rem extraneam aliquam: nec minuimus: niſi q̄ in præparatione eius ſuperflua remouemus. In una ergo re conſiſtit totum magiſterium iſtud, ut nos recte cenſemus: in Oleo uitri. ſ. & Arg. uiuo mundo, animato, rubificato' q̄. Et hoc expreſſe dicit Alphidius filio ſuo: Scito fili: q̄ hæc Materia (& Materia prima artis) quæ eſt radix: de qua omnes ſapientes tractauerunt (Oleum uitri: &) Arg. uiuum eſt. Et eſt quoddam Arg. uiuum albi coloris: & pluſq̄ ſpeculum ſplendens. Item fertur in Turba: Initium totius operationis eſt Albedo. i. Arg. uiuum mundum animatum: cui rubor ſuccedit.

Electio.

Nota tamē quod eſt altera Materia prima artis.

Notandum

NB.

Notandum ✠.

Notabis ergo: q̄ Acetum: Æquatum: Albedo: Albū: plūbū: Aqua benedicta: metallica: ſicca: talchi: uiua: uiſcoſa: uitæ:

ſa:uitæ:urinæ puerorum: Argentum uiuum animatum: coagulatum: Argyrio'n zotico'n:Arſenicū:Auripigmē/tū:Azoch:Cambar:Caſpa chaia': Ches ſeph chai': Cō/par: Corſaturni: December: E:Euphrates: Fauonius: Phlegma:Gumma alba:Inimicus:Inſipidus:Lubricum: Materia una:metallorum:Medicina una: Menſtruum: Mercurius:Occidēs:Ouum:Puer: Salſus:Sédena:Se/nectus:Serinech:Seth:Siniſtra:Socius: Sperma metal/lorum:Sublimatum: Succus:Te'uos:Ventus:Veſpera: Vigintiunum: Vnctus: Vultur:Ziba'ch: & Ziua': idē ſignificāt.Et id genus multa,quæ hic prolixitatis uitan/dæ gratia omittimus.

In compoſitione autem huius admirabilis miſtionis, ſeu maximi arcani: oportet nos ſequi Naturam. Nā(ut ait Ge'ber) Natura per ſe agit.Nos ergo oportet tria ſcire: uidelicet quid ſit Natura: quot ſint Naturæ: & qualiter Natura operetur in metallis productis.

Secūdum autem Ariſtotelem (ſecundo Phyſicæ auſculta/tionis) Natura ſic diffinitur: Natura eſt principium, & cauſa mouendi, & quieſcendi in illo, in quo eſt primo, & per ſe, & non ſecundum accidens. Natura qd

Author autem Perfecti magiſterii ait: Naturæ(ſiue tu di/cere mauis:qualitates) ſunt quatuor: uidelicet Caliditas & ſiccitas:ut in igne. Caliditas & humiditas:ut in aere. Humiditas & frigiditas: ut in aqua. Frigiditas & ſicci/ Quotuplex

tas: ut in terra. Omnes autem iſtæ cõplexiones inæquales ſunt: nec eſt ulla iſtarum quam quærimus. Nam nos quærimus æquale, de quo dicit Ioãnicius: q̃ æqualis miſtio eſt una: quãdo cũ moderatione, Incolume dr̃ corpus.

Moderatio Notabis ergo: q̃ dicit cum Moderatione. ſ. prædictarum naturarum, ſeu qualitatum: uidelicet caliditatis: humiditatis: frigiditatis: & ſiccitatis. Nam quando aliqua iſtarum naturaꝝ aliam nõ excedit: tunc dicitur corpus temperatum & æquale: quia tm̃ eſt de una quantum de alia ſecundum debitam proportionem qualitatum ad eſſe metalli requiſitarum.

Synonyma Item notabis: q̃ Incolume dicitur ſanum: remotum: calcinatum: ſeparatum: purificatum: diſpoſitum: ſiccum: uel mundum ab omni cauſa corruptionis. Et (ſecundum Ge'berum) Stannum eſt Plumbum album puriſſimum: & eſt in eo æqualitas fixionis, uel ſpiſſitudinis duoꝝ cõponentium Arg. uiui. ſ. & Sulfuris (metallici) non autem æqualitas: quantum in miſtione (. i. quantitate) Arg. uiui. Item Hermes inquit: Fili: ſapientum metalla ſunt ſex (nõ enim Arg. uiuũ eſt metallum: ſed Materia (ut infra: Notabis Embryon: L. & cætera) metallorum) quorum primus eſt Sol eorũ optimus rex & caput: quod nec terra corrumpit: nec res comburens cõburit: nec aqua (colorificans: uiridis: aut diuidens) mortificat, uel deuorat: eo q̃ ſubſtantia eius eſt terminata, & Natura directa in

Clauis pria. Mundatio.

caliditate

caliditate:humiditate:frigiditate:& ſiccitate. Nec in eo quid ſuperfluum eſt,uel diminutũ.Et ideo ſapiẽtes præ-tulerunt ipſum,& magnificauerunt:& dixerunt q̃ ſic ſe habet Sol in metallis:quemadmodum Sol in ſtellis. Suo enim lumine & ſplendore omnia uegetabilia germinãt: & omnes fructus perficiuntur nutu Dei.Quid plura ſi ad hoc peruenire poſſimus:Habemus proportionatum fe-re totum iuxta Socratem dicentem:Iam ergo Albi plũ-bi diſpoſitionẽ uobis demõſtraui:quo genito nihil aliud eſt q̃ opus mulierum,& ludus puerorum.

Cognito igitur quid ſit Natura per Philoſophum:& quo-tuplex per Authorem Perfecti magiſterii:aliorumq; ſa-pientũ ſentẽtiã:reſtat uidere quomodo operet Natura.

Operatur autem Natura multifariam:ſed potiſſimũ per miſtionem:quam ſapientes uariis appellarunt uocabu-lis.ſ.Ingreſſionem:Summerſionem:Coniunctionẽ:Cõ-nexionem:Complexionem:Compoſitionẽ:& Miſtio-nem:idem ſignificantibus.Nihil enim ingreditur:ſum-mergitur:coniungitur:connectitur:complectitur:com-ponitur:q̃ quod miſcet. Videamus ergo quid ſit miſtio (Clauis enim ſecunda eſt) quia ipſa cognita per diffini-tionem omnia alia cognoſcantur.

Natura quo modo ope-retur. Synonyma

Clauis ſecũ-da.

Secundum autem Philoſophum(primo de Generatione) Miſtio eſt miſcibilium alteratorum per minima coniun-ctorum unio.

Miſtio :& quid.

Miſcibiliũ. Notabis Miſcibilium.i.elemẽtorum.Nam ipſa ſunt prima principia uniuſcuiuſq; miſti.Sed ipſius miſti manifeſtam, occultamue ſcire nõ poſſumus Naturã:niſi ſciamus ipſa elementa commiſcere, ſeu componere. Vnde Hermes dicit:Intellige fili quatuor elementorum ſcientiam:quæ ſuis poſita ſunt rationibus in ſua abſcondita apparitione.Eorum enim abſcõdita apparitio nequaq̃ exponitur,niſi componantur:eoq; non perficiunt donec ſuis coloribus colorentur.

Minimum. Notabis etiam per Minima.i.per indiuiſibilia.Nã ſi quid poſſet diuidi iam non eſſet minimum:ex quo diuiſo partes eo minores proueniunt: cum omnis pars minor ſit ſuo toto.Apparet ergo:q; per minima.i. per indiuiſibilia fit miſtio elementorum.Et q; elementũ ſit minimum metallo; componentium: patet per diffinitionem eius, Elementum enim minima particula eſt metalli.

Elemẽti diffinitio.

Ad hoc autem,ut Miſcibilia miſceantur,requiritur præuia diſpoſitio:quæ nõ fit niſi per Motũ in omni actione: nedum in miſtione neceſſarium.Motus autem(uel Mutatio)dicitur (ſecundum Ariſtotelem in Categoriis)ſexcuplex.ſ. Corrũptio:Generatio: Augmentatio: Diminutio:quam Fixationẽ uocamus:Alteratio:& loci Mutatio. Sed aliis in præſentiarum omiſis, Corruptionem tm̃ eligamus:nec eam quidem omni exparte.Nam multas ſub ſe ſpecies habet.Sed ex his unã(quæ Putrefactio

Motus primus: Clauis & primũ punctum.

Corruptio.

dicitur

dicitur)ad propoſitum facientem diſcutiemus.

Natura enim quæ nunq̃ otiatur, omnifario motu operãdo utitur: in primis autem omniũ Corruptione: Corruptio uero hic & Putrefactio æquipollent ſignificato. De hac itaq; in Allegoria ſua Hermes ſic inquit: Scitote q̃ artificii origo eſt Caput corui: qui in nigredine noctis, & in claritate diei ſine alis uolat: & amaritudine noſtra in ſuo ſanguine exeunte coloratio accipitur: & mera aqua a' ſuo dorſo. Non eſt ergo aliud Caput corui: niſi nigredo noctis: qa ſicut iſta ſũt nigra & obſcura reſpectu diei: ſic ſpiritus iſte putrefactus reſpectu ſpiritus mũdi: qui ex putrefactione oritur: & per noſtrum artificiũ extrahit'.

Sed cuius coloris debet eſſe ſpiritus iſte mũdus? Profecto albi. Vnde Hermes: Scitote rumorũ inquiſitores, & ſapientiæ filii: q̃ Vultur ſupra montem extenſum in cacumine uoce magna clamat inquiens: Ego ſum Album nigri: & citrinum albi: & rubeum citrini: ueridicus ſum certe, & non mentior.

Notabis ergo Album nigri. Nam ipſum Album ex nigro extrahimus. Item Alphidius: Argentum autem uiuum: quod ab eo. ſ. cortice nigro extrahitur, eſt humidum albũ a' corticibus mundum, ne opus pereat.

Viſo ergo q̃ primus motus Naturæ eſt corrumpere: uidẽdum eſt qualiter fiat. Et ut perfecte ſciamus facere: oportet nos habere cognitionem principiorum tam Natu-

Principia duo.

ralium, q̃ Artificialium. Nam qui principia ignorãt: finem non inueniunt.

Primum.

Primum ergo principium naturale (ut prædictum est) dicimus Arg. uiuum, cum Arena alba per ignem ab Arg. uiuo septies mũdatũ: Coagulumq; ac Materialia Ignis: & Aeris: sub nomine Anthy bar: Marthek: Stagno: uel Risoo (quod Græce Thelima dicitur: & Hebraice Raço n) positum in literis & numeris notatis (ut hic infra: & supra) per lineam perpendicularem inchoando a penultima sursum ascendendo, & in ultimam terminando.

E . 5 . Lux maior.
H . 8 . Coagulum.
T . 19 . Ignis. i. Lux maior.
R . 17 . Aer. i. Lux minor.
A . 1 . Lux minor: Insertio respõdẽtiæ Charactorum. xiii. g. q̃. iii, seu. xxiii. g. q̃. ii, cum. $\frac{1}{2}$.
M . 12 . Hyle.
K . 10 . Aqua permanens.

72.

A . 1 . Materia prima artis.
B . 2 . Lux minor: Insertio respõdẽtiæ Charactorum. xv. g. q̃. iii. & ultra; seu. xxiii. g. q̃. ii. &. $\frac{1}{2}$. in circa.
Y . 22 . Lux maior.

H. S.

4 H.	8.	Aqua permanens.	
3 T.	19.	Ignis.i.Lux maior.	
2 N.	13.	Gemma.	
1 A.	1.	Cera.	
8 R.	17.	Aer.i.Lux minor.	
	72.		

Secundum est Calor.i.Ignis alienus: quod est instrumentum mouens ipsam Materiam mistam ad putrefaciendum: & non aliud agens in mundo. Vnde inquit Alphidius: Scito fili: q substantia agens in hoc toto mũdo est unum.s.Calor. Calõre enim sublato nullus omnino Motus est. Motus autem est actus. Ideo dispositionis & totius operis artifex, Calor est ignis. Secundum.

Sed cum multi sint gradus Calorum, siue ignis: uideamus quid sit: & in quo gradu.

Et certe ignis, siue Calor est ignis intensissimus, sic testante Maria: Mensura ignis tui(.i.alieni) esto sicut Solis in diebus Tamuç: Av.i.Noch achros: quod est caput Zenit. Et uocatur Fimus equinus: sed non est (.s. per contrarium) ut inquit Alphidius: Igne (.i.alieno) coquitur quod tibi ostendam. Et est calidus & siccus in quarto: cuius pprietas est augmẽtare siccitatẽ: cõdẽsando humiditatẽ. Nã sicut Ignis fimi augmentat calidũ & humidum Ignis alien?

propter ſuã caliditatẽ & humiditatẽ qui phibet: ita fortitudo ignis calidi & ſicci ſiccitatẽ. Et diſponit naturã humidã: in ſiccã terminãdo. Huic autẽ nõ aſſimilat alius in mũdo: niſi naturalis: q eſt ignis Solis in uiſceribus terræ.

Viſis igitur principiis Naturalib⁹: uideamus Artificialia.

Principia artificialia.

Principia Artificialia ſunt duo principalia Inſtrumenta: in quibus perficitur iſta Putrefactio. Et primum eſt lapideum Caraha: ſecundum eſt lapideum A'ludel (.i. Venter equi) in quo debet poni Materia miſta. De quo Vincẽtius dicit: Solutionum corporum & ſpirituum inſtrumẽta ſunt multa: unũ tamen dicit Venter equi. Et fit duobus Vaſis: quorum alter eſt lapideum A'ludel: & in ipſo Materia miſta ponitur: ſtatq; in Fornace: & ſubtus nutritur ignis ut bulliat. Auicenna dicit: q; iſtæ diſpoſitiones nõ poſſunt fieri niſi in Vaſe duplici cognito: quod Vas eſt Venter equi ſupra nominatum.

Item cum diffinitio ſit omnino quid eſt eſſe rei ſignificãs: uideamus quid ſit Putrefactio ipſius (ſcilicet) Materiæ miſtæ: ut melius eam cognoſcamus.

Putrefactiõ quid.

Secũda diffinitio Putrefactiõis.

Secundum autem Ioannicium Putrefactio eſt corruptio ſubſtantiæ miſtæ Materiæ ex uaporum retentione. In noſtro autem propoſito, ſi uapores diſpergantur p aerẽ ipſum: non putrefit, neq; corrumpit ipſa ſubſtantia miſta Materiæ. Quare debet A'ludel ſic adaptari in obice: ne reſpirare poſſit. Vel poteſt aliter ſic diffiniri. Putrefactio eſt

ctio est substantialis humiditatis corruptio: ex indigentia Caloris naturalis: superabundante Calore alieno artificiali exterius agente.

Notabis Calore alieno supabundante. Nã ipse Calor alienus est instrumẽtũ agẽs: seu pficiens corruptiõe humida. Sed si quæratur, per quẽ modum facit hanc corruptionẽ Calor? Respõdemus: Calor calefacit mistum sibi applicatum: & calefaciendo facit euaporare humiditatẽ: qua omnes partes siccæ terreæ continuabantur: & faciebant unum mistum continuum: & unã rem. Et ita Calor corrumpit: & putrefacit ipsam rem: quia mistum quod prius ratione humidi erat continuum: ratione eiusdem exhalati efficitur discontinuum, & amplius non persistit in substantia misti: sicut uidetur in ligno in igne posito. Nã fortitudo Caloris ipsius ignis facit euaporare a' ligno aquam, & oleum: mediãtibus quibus lignum primo erat mistum compositum & continuum: modo post euaporationem aquæ & olei: remanẽt cineres: & partes siccæ ex toto discontinuatæ, & puluerizatæ. Et propter istam similitudinẽ: Putrefactio uocata fuit Cinis a' sapientibus. Vnde recte inquit Hermes: Ne Arg. uiuum negligentiæ tradas: nigrum enim cinerem dealbat: & per sapientum ignem fit opus. Ideo uocata fuit etiam Calcinatio: propter eandem similitudinem. Nam sicut fortitudo ignis priuat lapidem sua humiditate: & de ipso facit calcem:

Calore alieno.

Quæstio. et Solutio.

Putrefactio aliter Cinis: seu Calcinatio.

sic Putrefactio. Vnde Parmenides in Turba: Nisi ueritatis Naturam: eiusq; compositiones & complexiones sciatis: & bene coaptetis cōsanguineū cōsanguineo: & primum primo: inconueniēter facitis: nec quicq̄ operamini: eo q̄ naturæ cum suis consimilibus naturis cōsequētur eas, & lætabuntur in eis. Namq; putrescent, uel disiūgētur: eo q̄ Natura naturam regit: quæ ipsam diruit: & in puluerem uertit, & deducit. Apparet ergo, q̄ per Putrefactionem Res nostra destruitur: & in aliud esse deducitur: sicut lapis per calcinationem.

Viso autem quid sit Putrefactio: & qualiter fiat: uideamus signa per quæ possimus cognoscere quādo erit perfecta: aut non.

Signa putrefactionis. Duo quidem sunt accidentia principalia, per quæ possumus cognoscere ipsam esse perfectam, aut non: Color. s. niger: Tactus uero ponderosus. Vnde Author Perfecti magisterii: Plumbum (.i. Arg. uiuum mistum) in sua altitudine est Plumbum: & Arg. frigidum: siccum: terreum: melancholicum: nigrum: marcidum: fœtidum: ponderosum: & fœmineū. Ex iis ergo apparet: q̄ Putrefactio tūc est perfecta: quando est nigra, & ponderosa.

Qualitates Arg. uiui misti.

Synonyma Item notabis: q̄ Argentum nostrum: Calcinatio: Incineratio: Melancholia: & Nigredo idem significant.

Quæstio. & Solutio. de calcinato, uel cinerātione At dices quid remanet calcinatum post cinerationē: Respondemus: essentia Materiæ nuptæ metallicæ: quæ ante calcinationē

te calcinationem erat in potentia ipsius introducta ex proportione elementorum: ex quibus erat composita. Quia talis essentia non corrũpitur: ut aliquo pacto anihiletur: seu ad nihilum reducatur: cum essentiam subiectam: Naturamue destrui a nobis non sit possibile: sed quãtitatem & uirtutem illam quæ dabat esse tali misto, modo per calcinationẽ & accidens ueniens ab extra destructo & calcinato: quam uirtutem & quantitatem ex mistione susceperat: hæc quidem penitus anihilatur. Nã sicut totum integrale (puta domus) consistit ex suis partibus integralibus unitis: & disiuncta situ una parte a loco suo: quẽ prius habebat in toto, destruit ipsum esse totius domus: & tamen remanent lapides: ligna: & cæmentum ex quibus constabat domus. Ita etiam fit in proposito nostro. Nam disiũcto humido ab ipso misto elemẽtari cui inhærebat: tanq̃ pars integralis in toto: & hoc p Calorem eleuantem ipsum & separantem ab aliis partibus: anihilatur quãtitas humidi ipsius misti: subiecta tamen essentia humidi non anihilat: nec potest anihilari.

Sed extat (inquies) inoppositum experientia. Si enim applicetur igni olla aquæ plena: inualescente ignis Calore paulatim exhalãdo minuet aqua ipsa: quoad nihil aquæ penitus in olla remanebit. Ergo essentia eius anihilabitur: Huic autem obiectioni respondemus: nequaq̃ militare cõtra positionem nostram: quoniam de natura mi- Obiectio. Solutio.

sti metallici loquimur hic. Quod & si calcinatur quo ad suum esse totius compositionis: tamen ipsum penitus non destruitur: uti supra de domo exēplificauimus: & ita si olla cooperiatur ne uapores exhalare possint, aqua ipsa anihilari non uidetur. Contra nostram igitur intentionem inductus cauillus non est: quamuis etiā iuxta peripateticorum Principis (primo suorum Naturaliū uolumine) intētionem facilis esset euasio dubitationis inductæ: quoniam neq; materia ipsius aquæ in illa contraria ignis actione anihilatur: immo remanet. Non enim sequitur nihil remanet in olla: ergo subiecta aqua anihilatur. Et tunc dicitur quod aqua habet materiam subtilem & raram: & ex consequenti ualde passibilem. Itē habet qualitates penitus contrarias qualitatibus ignis. Nā caliditas ignis frigiditati aquæ opponitur: & siccitas humiditati. Cum ergo caliditas ignis frigiditati aquæ aduenit, pugnant inter se: & si caliditas uincit frigiditatē: tanto magis subtiliat & rarificat aquam: q̄ conuertit eā in aerem: & ita aquæ materia non erit aliquo pacto corrupta, licet formam aeris suscipiat. Nam aer generatur ex calido ignis, & humido aquæ: & terra ex sicco ignis, & frigido aquæ. Vnde Morienus: Quatuor sunt elemēta: quorum duo sunt principalia: & summopere contraria: ut ignis & aqua. Alia uero duo generantur ex istis: ut aer & terra. Hoc idem q̄optime declarat Albertus in libro Perigenesios.

Perigeneſeos. Item uidemus uapores aqueos uirtute caloris ſurſum aſcendere: & contra naturam ſuam eleuari. Nam aqua ſuapte natura ſemper deorſum locum ſuũ petit: tanq̃ graue. Cumq; ii locum maximi frigoris attingunt ubi frigiditas ſuperat caliditatem: tũc uirtute illius frigiditatis inſpiſſantis in nubes in aquam conuertũtur: ac ita naturaliter deſcendunt: generaturq; pluuia. Et etiã cum uentus ſeptẽtrionalis (cuius natura eſt frigida & ſicca) obuiat auſtrali: tunc ſi frigiditas ſeptentrionalis ſuperat caliditatem auſtrãlem: condenſatur & congelatur in nubes: & hæ aliquando in pruinam: aliquando in grãdinem: aliquando in niuem: & aliquando in glaciem cõuertuntur. Ex quo ãpparet q; rerum materia non poeeſt anihilari: ſed recipit conuerſionem: cũ natura unius naturam alterius ſuperat in miſto.

De his: quæ in aere generãtur.

Secũdus motus Naturæ eſt Generatio. Et cum corruptio unius ſit generatio alterius (Philoſopho teſte primo de Generatione) eſt impoſſibile Materiam eſſe: quæ nõ ſit ſub aliqua Forma: primo Phyſicor. Quando ergo agẽs deſtruxit miſtionem primam ſeu proportionem elementorum: quæ faciebat rem eſſe ſub prima Forma miſtionis: ſtatim introducit aliam Formam, per cuius introductionem, fit talis motus generationis.

Motus ſecũdus: Clauis .4. & ſecundũ punctũ. Generatio.

Et quæ forma eſt illa in propoſito noſtro? Certe Auri (miſti) corrupti: qđ uocat̃ ā ſapientibus Chylus: ſeu Agnus:

Quæſtio. Solutio.

Synonyma

Iuppiter:& Stannum:Saturnus:& Plumbum: propter ſuam nigredinẽ & immundiciem:a qua nigredine & immundicie mundari debet. Vnde inquit Hermes: Hoc ſi li noſcas: qꝫ niſi quis ſciat deducere prægnationem:mortificare:generare:& ſpecies uiuificare: lumen inducere: ac mundificare:quouſqꝫ igni purgentur:colorentur:& a maculis ultimis mundificent:uelut a nigredine & tenebris:nihil facit. Si autem hoc quiſpiam fecerit inter mortales ſatis ſuperqꝫ erit ſpectandus.

De Electione, Mundatiõe, Miſtione, Corruptione, & Generatiõe, pauca nobis hæc prælibaſſe ſufficiat: in ſequẽtibus latius quæ reſtant dicemus. Nunc autem de Alteratione cum partibus ſubalternis, ac concurrentibus dicẽdum putamus.

Motus qntus: Clauis .7. & tertiũ punctum.

Alteratio: cũ loci mutatione.

Alteratio eſt mutatio ſecundum qualitatem facta per nos ex quadam locali permutatione. Qui motus continet in ſe principalia huius magiſterii: de qbus dicit Geber: Sũt itaqꝫ huius artis principia modi operationũ ipſius: quibus applicatur artifex ad hoc magiſteriũ: qui qdem a ſe inuicem ſunt diuerſi. Eſt enim unus modus Sublimatio: Deſcenſio ſecũdus: tertius Diſtillatio: quartus Calcinatio: Solutio quintus: ſextus Coagulatio: ſeptimus Fixatio: Ceratio ultimus.

Modi operationum.

.D.

Sublimatio cur inuenta

Primus ergo modus eſt Sublimatiõ. Et ꝓpter hoc inuenta fuit: quia non nouerunt antiqui ſapientes (cum ſit impoſſibile

impoſſibile prorſus) neq; nos: nec qui nos ſequentur: aliquid, quo coniũgerentur Animæ: niſi Spiritus ſolos: uel q; Naturam Spiritus & Animæ in ſe contineret, niſi Coagulum. Quod proiectum ſuper Arg. uiuum: uel Metallum ſine ipſius mundatione, & incraſſatione: uiderũt non perfectos colores dare: ſed ex toto corrumpere: denigrare: adurere: & defædare.

Notabis ergo: q; dicimus ſine ipſius mundatione. Igitur mũdatio tam Corporis, q̃ Animæ, & Spiritus debet fieri ab iſta nigredine, & tenebris. Et ita ſentiunt Sophi. .A.

Sed quid eſt illud: quod parit hanc nigredinem? Humiditas aquoſa: & aduſtiua. Vnde Author Trium uerborum dicit: q; humiditas aduſtiua eſt Fumus aquoſus. De quo dicitur: Humiditas aquoſa & aduſtiua corrũpit opus: & tingit in nigredinem. Humiditas autẽ illa quæ parit nigredinem: impedit Fumum album: quo deficiente Aurum Archimi æ (ideſt Aurum duarum cæmentationum perfectarum) non fit. Morieno ita teſtante: Niſi Fumus albus fuiſſet: Aurũ Archimi æ (.i. Voarchadu micũ opus) non fuiſſet. Itẽ dẽ hoc idem: Quod aũt interrogaſti de Fumo albo: ſcire tibi cõuenit. Quod Fumus albus eſt ſpiritus (Arg. uiui) illorum corporum (.i. uenarum) e quibus iã animas (.i. metalla, ſiue elementa) extraximus: q̃buſue iterũ eas cõiunximus. Iſta ergo Anima in ipſo ſpiritu Arg. uiui ingreſſa dealbat: & mũdat ab omni nigre-

Quæſtio.

Solutio.

Synonyma

dine: & huiuſmodi candor redũdat in illa. Vnde Parmenides in Turba: Scitote q; ſi ſuperficies dealbat, intrinſeca eius dealbabuntur. Et e' contra. Item Lucas: Anima Arg. uiuo ingreſſa dealbat: & Natura naturã cõuertit.

Arenam ergo albam: & Arg. uiuum accipe: & per ignem (ſublimationis) attrahe (ex lapideo A'ludel in lapideo Caraha') Fumum album ab ipſis: & ſumma cum diligentia ſerua ne pereat.

Quæſtio. Sed qualiter generatur iſte Fumus albus? Proculdubio per
Solutio. coniunctionem, & ſubtiliationem. Primo Argentum uiuum cum Arena alba coniungitur: fitq; poſtea per calorem ignis ſubtiliationis, ſeparatio unius Fumi aduſtiui: qui tingit in nigredinẽ: ab iſto Fumo albo: qui erat ante coniunctus illi in Materia (Arg. uiui) ſub una maſſa tamen: & ita recipit Mundationem unam per ignem. Nã & alteram poſtmodum recipit per artificium noſtrum. ſ. per Trituratiõnẽ: Corruptiõnẽ: Generatiõnẽ: Augmẽtationem: Fixationem: & Alterationem: cum loci Mutatione: ut ſupra: & infra. Vnde illud Hippocratis in Aphoriſmis ſatis concine, atq; eleganter huic noſtræ intentioni accõmodare poſſemus: In perturbatione, & uomitu quæ ſponte fiunt: ſi qualia oportet purgari, purgẽtur, bene erit. Si uero non: e' cõtra. Quod ſic exponimus tranſferentes: In perturbatione uẽtris. i. Putrefactionibus, quæ fiunt in lapideo A'ludel. Et uomitibus, qui ſpõte fiunt. i.

fiunt.i. Sublimationibus,quæ fiunt in lapideo Caraha' aſcendendo ſurſum,ſicut eſt uomitus. Si qualia oportet purgari,purgentur,bene eſt.Si non,male.Ex iis ergo apparet:q; ſi bene ſciamus facere mundationem ex turbatione elementorum:& per ſublimationem:trituratiõẽ: & cætera ſeparare hoc ab hoc.i.purum ab inpuro,nobis bene erit:& ſi non,male.

Et notabis: q; adhæret pars una fixa cum Fecibus: quæ nunq̃ per ingeniorum genus aliquod,ſeparari ab illis poteſt:cum talis penitus fixa fuerit cum ipſis. Notandum

Et cum Fumus ille fuerit mundus & albus:tunc erit aptus coniungi cum ſua Anima(.i.mundicia duorum luminarium) & Corpore(.i. Oleo uitri ut diximus ſupra)aliter nõ. Vnde inquit Morienus:Siquis Animam(.i.Argentum,uel Aurũ a' uiſceribus terræ)extraxerit: & eam ſurſum aſcendere(.i.in Arg.uiuo mũdato ab Arg.uiuo,ingredi) fecerit:& ab ea (prius in Porfido cũ ipſo Arg. uiuo & aqua triturata)omnem nigredinem & fætorẽ(cum aqua etiam calida in ſacculo) abluerit: poſtea cũ ſuo corpore(Olei uitri:prius corrupta,dealbata,citrinizata,rubificata'q;) coniunxerit:& demum (per ignẽ corruptionis:generationis:augmentationis:fixationis:& alterationis:cum loci mutatiõe) mortificauerit: maxima mirabilia in mundo uidebit.

Viſa igitur generatiõe illius Fumi albi:qui fit per ſepara-

tionem Fumi aduſtiui ab eo in ſublimatione: uideamus illam quæ fit per ſublimationē, & Formæ fuſæ colamē-tum. Et primo quid ſit Sublimatio: & quare fuerit inuen tadicamus.

Sublimatio quid.

Sublimatio enim eſt rei ſiccæ per ignem eleuatio, cum ad-hærentia partium ſubtilium ſuo uaſi.

Cauſa autem inuētionis eius fuit mūdatio ſpirituum: ali-ter impoſſibilis eſt: ut iam dictū eſt ſupra. D. Primus ergo modus eſt Sublimatio. Et. A. Notabis ergo: & cætera.

Colamenti dlffinitio. Generalis. Specialis.

Colamentum uero (in propoſito) eſt liquefactæ rei á fe-ce ſuæ turbulentiæ ſeparatio: & hæc fuit una cauſa Ge-neralis. Specialis autē cauſa fuit inquiſitio aquæ puræ: ita ut Forma ſoluta poſt ipſius aquæ reſolutionem per-maneat incorrupta.

Colamentū triplex. Manica.

Colamentum uero tribus fieri ponimus modis. ſ. per Ma-nicam: per Cinericium: & per Balneum arenæ.

Per Manicam quidem ſic.

Fiat talis Furnus colamenti.



Distillo cun
cta.

in quo primo collocetur carbo, & coaptetur ei bene & postea super carbones accensos Vena, arsa, contusa q; (cum octo partibus plus granulorum Plumbi nigri mista) colada, ad quatitatem unius digiti: & desuper etiam carbones usq; ad summitatem furni ponantur: & cum uentosis follibus Aurum cogatur (a' Lopa) effluere.

Cinericiũ. Modus uero alius per Cinericium sic fit.

Substantia dicta (ut supra cum Plumbo nigro mista) collocetur in fouea Cinericii: ac desuper ligna accensa: & cogatur (ut supra) colari quousq; imperfecta (per Geta) effluat: & fulua Forma tota nuda resideat. Primum autem Colamẽtum maius est secundo. Quia Manica plus acuitatis caloris infert, q̃ Cinericiũ.

Schema Cinericii.



Extenuo fusa.

Balneum arenæ.

Fit ętiam per Balneū arenæ ut infra in Fornace: cuius figura habetur in titulo Moduli Fornacis magiſtralis: modo ut ſupra in Purificatiõe ſpiritus Voarchadu'mici. Et cauſa noſtræ primæ inuentionis talis Balnei arenæ, fuit eſſentiæ puræ Arg. uiui mundatio (ut dictum eſt) facta per eleuationem. Per primum enim Colamentum, & ſecundum: ſolum reſultat Clarificatio ſubſtantiæ, & eſſentiæ elementorum.

Viſis ergo modis Colamenti: & quid ſit Colamẽtum: accedamus ad reliqua.

